

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Vt ecclesiastici sinodis abutantur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

tior adhiberi posset medicina quæ si litigantibus a certo usque li-  
mite, & aduocatos & procuratores uel consulere, uel ad con-  
sistorium secum adducere liceret.

**Q**LEVIBVS EX CAVSIS, PAUPERIBVS  
Sacramenta denegentur.

**E**T hoc facinus Christi disciplinam profitentibus penitus ab-  
ominandum est, quod hijs, quibus est res angusta domi, ubi  
parochis & ecclesijs ad diem solutioni destinatum, per inopi-  
am satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacrosan-  
cta, quæ nobis sacramenta in remissionem peccatorum reli-  
quit, denegantur: immo quasi pignus precluduntur, non atten-  
ta ulterioris dilationis, & quidem modice, petitione. Quamquam  
tales similesque causæ pro conditione sua, coram secularibus iu-  
dicibus, merito finem sortiri deberent.

**I**TEM quum agricolæ Autumni tempore uindemiare cu-  
piunt, quemadmodum unicuique ad sui utilitatem facere licet, ni-  
hilominus tamen, si uindemia illa displicet spiritualibus (ut  
uocant) qui eo loci decimas possident, miseris inhibent agri-  
colis, sub excommunicationis, nec non pecuniarum poena, ne  
uvas colligant priusquam ipsi id permittant, unde euenit, ut sæ-  
pe pauperculi illi non paruo afficiantur damno, cum uvas suas  
quas maximis expensis & laboribus per integrum coluerunt  
annum, uindemiare non audeant. Etiam si illi interim uel frige  
pereant, uel etiam marcescere incipiant, tantummodo ob  
decimarum lucrum iniquum, sæpius etiam ob inuidiam detestan-  
dam. Quæ ambo contra iura sunt diuina, fas, & omnem pieta-  
tem, ac ideo merito aboleri debent.

**U**T ECCLESIASTICI SINODIS  
abutantur.

**N**ec minus molestum, graue, & Germanorum uulgo  
intolerabile est, quod synodales iudices pluribus in locis  
quotannis id quod non nisi post annorum intercapedinem ut fie-  
ret, iuris



ret, iuribus permiffum est, obequitant, ac mirum, quid fi-  
ctitiæ iurisdictionis, aut superioritatis exerceant: hoc inte-  
rim constat, simplici popello hac uia, necessaria subtrahi  
alimenta: nec talis peragratio eo fine & ordinatione, qua  
summ̄is p̄tificibus instituta est, obseruatur. Nam pro pœ-  
nis & correctionibus, quibus facinorosos & criminū son-  
tes a uicijs deterrere deberent, pecuniam præsentem & nu-  
meratam, & quicquid denic̄ eis in lucellum cedere po-  
test, exigunt. Id quod in superioribus etiam partim me-  
moratum est.

DE CANONICIS CATHEDRALIUM  
collegiatarum ecclesiasticarum.

Parrochis, reliquisq; religiosis personis, & PRIMVM,

QVOD INIQVIS NEXIBVS EPISCOPI ET  
prælati a suis adstringantur Capitulis.

**I**licitum est & hoc, planeq; iniquum, quod Canonici  
Ecclesiarumq; cathedralium præ eminentiores, quorū  
in manu potior ecclesiasticorum iudiciorum Synodorum  
ac censurarum pars sita est: reliquisq; collegiatarum eccle-  
siarum canonici, quibus eligendi superiorem potestas est  
nullum in Episcopum, seu prælatum eligunt, nisi se prius  
iure iurando astrinxerit, planeq; deuouerit: literis quoq;  
interdum, instrumentisq; sigillo probe munitis cauerit, ip-  
sis ipsorumq; ordinatis iudicibus ac officialibus in nullo  
utcunq; graui, uel inhonesto, intolerabiliq; proposito, se  
contrarium fore. Ac si quando eos delinquere contigerit  
impune eis per ipsum, ut hoc sibi liceat.

DE NON FERENDIS VLTRA ONERIBVS,  
quibus misera plebs pro Sacramentorum  
administratione grauatur.

**P**Leræq; item parrochiales ecclesiæ, monasterijs, præla-  
tis, alijsq; ecclesiarum curatarum rectoribus, incorpo-  
D iij rationis